

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4158

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

71

## I O L C O D I C E S H I H

72

sum: et tres unum sunt) et tres sunt qui testimonium perhibent in celo. Pater uerbum et spiritus. Et bij tres unum sunt. Ad calcem adest nota illa Explicatio Hebraicorum Nominum alphabeticorum. Ad Codicis fata pertinent, quae fol. praevio leguntur: *Iste liber reperitus est inter res M. Jeronimi quondam Nicolai pellificis de ulm. licentiati in decretis, quem d. Sigismundus quondam prepositus in fulnekch dicit sibi misisse et tantum duos florenos ab eo pro isto libro recepisse et residuum teneri, sicut d. Mathias in Gravenwerd monasterij in Tyernstain optime nouit, et volebat predictus d. sigismundus nobis eum relinquere, si daremus sibi adbuc duos fl.*

## LI.

U. 131 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XV. Folior. 228. f. charætere crasso, majore Textus principis, minore των παρεγγων exaratus complectitur I. Proverbia, Ecclesiastem, Cantica Salomonis, tum Sapientiam et Ecclesiasticum adstitutis partim in margine, partim inter lineas Nic. Lyrani Postillis, ut habentur in Bibliis glossatis, in quibus, uti et in Cod. nostro fol. 75. duos posteriores Libellos Lyranus diserte non canonicos appellat.

II. fol. 213. sequitur 4. columnis Ordo evangeliorum et epistolarum per anni circulum. Incipit a Vigilia Nativit. et recenset etiam Proprium et Commune Sanctorum.

III. fol. 219. p. 2. Autoritates variae Augustini, Job. Chrys. Bernhardi, Gregorii M. Hieronymi, Isidori, Ambrosii, Origenis, nullo certo fine lectae.

IV. fol. 220. prolixa Institutio vernacula de Peccatis, decem Praeceptis &c. hujus ingressus: Septies in die cadit iustus also spricht der wiſ man salomon in dem buoch der spruch am 24. Sübenſtund an den tag vallet der gerecht. Ach hochun grundlosun wiſhauſt waz mainet din gewalt daz du den gerechten ſo dik lauſt vallen. O we verborgen vrtail unmaßig gerechtikait wie ſind din weg ſo unbegriffenlich vnd doch ſo vnaufprochenlich. Wie muoſſ der ſo luter vnd ſo gerecht ſin der mit dir ſol ainſſ werden &c. Multa latina mixta ſunt, eoque plura, quo magis in expositione Decalogi Noſter progreditur. Deficit tamen Codex in Praecepto X. Ejus Thecae poſticae exterius adſcriptum est evanidum M. Conradi Salder nomen, qui jam alias memoratus an autor, an poſſeſſor tantum olim fuerit, nescio.

## LII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 5 Folior. nunc 349. f. per duas columnas probe scriptus et rubricis distinctus Pars est Bibliorum Veteris Testamentum a Prophetis, Novum vero integrum complexa. Initium igitur ab Isaia, e quo quaedam folia excidere inter C. XXV. et XXXI. item inter C. XXXIX. et XLIV. item inter C. LIII.